

Prodicio A

Iudas de apostolatus fastigio improdicionis tartarum labitur nec familiaritate communi nec intinctione bucelle nec obsequii gracia frangitur ne hominem tradat quem Filium Dei noverat.

Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

Prodicio B

Instrumento pacis mortem irrogat, servus Dominum, discipulus magistrum sic prodit, quasi inquit per instrumentum pacis perimis ipsam pacem de osculo machinaris ipsam prodicionem.

Ambrosius super illud Matthei 26: Et osculatus est eum.

Prodicio C

Cum Socrati rex Persarum magnam pecuniam tentans eius animum in prodicione dirigeret admitti legatos iussit, cum forte olera commederet audite inquit, hoc prandium proditorem facit.

Valerius Maximus libro 7.